



LATIN IEJÚSÁGI FOLYÓIRAT. LATEINISCHE JUGENDZEITSCHRIFT. REVUE LATINE DE LA JEUNESSE.

Administrator, ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel: 1-422-15).

Moderator, ad quem manuscripta mittantur: I. WAGNER DR. Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephone: 2-686-34).

Prodit Budapestini quotannis decies. Pretrum subnotationis an. 1936—37. in Hungaria 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Gyrus aerarii comparisorum postalis in Hungaria: 57.292, in Austria: A—37.880. Subnotatores eorum gentium, unde simplex pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis. Coupon réponse international appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretrum annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur.

De regalibus nuptiis Bataviae.

Postquam a. d. VI. Id. Sept. Julianam, heredem regni, filio principis de Lippe-Biesterfeld desponsam esse radiophonice pernotuit,¹ gaudium populi nostri non iam obmutuit. Cum sponsa et sponsus simplicissimum in modum Hagam Comitis,² sedem regalem, invecti essent — Bernhardus ipse currum suum «Ford» direxit — Hagae Comitis et in omni Batavia inaudita laetitia fuit.

In sede regni ipsā multitudo iuventutis et sodalitatum³ · personas regales salutantium regiam praetergressa est, omnibus incolis regionis nostrae radiophonice musicam et clamorem illius pompa auditibus et concinentibus.⁴ Postea Amstelodami haud minor pompa fuit, itinere ab Haga Comitis ad-usque Amstelodamum triumpho simili. Non dubium fuit, quin praeter veram laetitiam felicitatis carissimae filiae re-

ginae nostrae, etiam persona grata Bernhardi gaudium augeret. Rarissime quaequam tam amata fuit, quam illa Juliana indole optimā, ingenio magno, corde patenti omnibus miseriis populi sui; rarissime gens ulla tantopere consentiebatur cum sponso, quem illa comitem vitae elegisset.

Per menses inter sponsalia⁵ et nuptias Bernhardus maximam operam dabat, ut mores et instituta gentis nostrae cognosceret. Mane curru vehi in aliquod magnum centrum commercii cernebatur, ut ibi de usu et tractatione commercii nostricertior fieret; centra industriae visitabat. A. d. X. Kal. Jan. sponsus ut praefec-



Coniuges regii cum parymphis.

¹ mindenütt ismertessé vált = überall bekannt wurde = il se répandit partout la nouvelle ² Haga = Haag = la Haye ³ egyesület = Verein = association ⁴ együtt rázendenteni = gemeinschaftlich anstimmen = entonner de concert ⁵ eljegyzés = Verlobung = fiançailles

Per.
Lat
020



Regina Guilemina, Iuliana sponsa et Aschwin, frater Bernhardi sacramentum dicentes.

tus equitum in verba reginae nostrae iuravit, iterans⁶ clarā voce verba sacramenti, quae praefectus militiae praefabatur: «Iuro me fidum fore Reginae nostrae, oboedientem legibus, parentem disciplinae militiae. Ita me iuvet Deus Omnipotens!»

Magnifice ornata luminibus et floribus Haga Comitis diem nuptiarum expectavit. Regina ipsa curiam⁷ et ecclesiam Sancti Iacobi, ubi ritus nuptiarum perficerentur, visens, an omnia ad accipiendos regales sponsos parata essent, maximā curā omnes apparatus observavit. Omnis Batavia, ut novos nuptios in regia⁸ operibus manuum suarum circumdaret, studuit. Omnibus scholis uno die, unā horā pecunia collecta est, quae dono nuptiali omnis populi adderetur. Stipem⁹ iuventutis, ad bibliothecam et campum athleticum destinatam, una ex discipulis Iulianae et Bernhardo ipsis obtulit.

Omnem diem festum nuptiarum ipsum, quae a. d. VII. Id. Ian. peractae sunt, quamquam radiophonice omnes incolae Bataviae omnesque Batavi toto mundo dispersi concelebraverunt, describere non possum.

Octo viri diversis locis in via, quam pompa¹⁰ nuptialis¹⁰ sequeretur, dispositi omnia iis, qui non adesse potuerunt — nam homines innumeri iam nocte omnem viam utrimque compleverant — describere studuerunt.

Pompa regalis a regia in curiam et inde in ecclesiam, post peractionem nuptiarum per magnā partem urbis Hagae Comitis procedens a concursu totius Bataviae maximo studio

applausa est. Iuliana serica¹¹ veste eburneo colore, Bernhardus in armis equitis, paronymphae¹² vestibus fucatis¹³ coloribus omnibus, qui in arcu¹⁴ caelesti¹⁴ sunt, indutae, unā cum comitatu militari currum nuptialem, qui «aureus» dicitur, antecedenti et comitant, magnificentissimum spectaculum praebuerunt.

Omnes voces Bernhardi et Iulianae audivimus affirmantium verba magistri civium et ministri verbi divini, cum ii rogarent, an Bernhardus se fidelem maritum, Iuliana se devotam uxorem fore iurare vellet. Omnes benedictionem oratoris sacri audivimus: «Dominus benedicat Vobis et custodiat Vos, illuminet faciem suam super Vos et det Vobis pacem».

Laetitia spectantium in omnem populum effusa est. Per unum diem fortasse nos omnes Batavi, quibus alioquin¹⁵ de multis rebus controversiae sunt, consensimus.

S. Chr. (Harlemi).

⁶ megismételn = wiederholen = répéter ⁷ városháza = Rathaus = hôtel de ville ⁸ királyi palota = königl. Palast = palais royal ⁹ adomány = Spende = don ¹⁰ nászmenet = Brautzug = cortège nuptial ¹¹ selyem = seiden = de soie ¹² nyoszolólány = Brautjungfer = demoiselle d'honneur ¹³ festett = gefärbt = teint ¹⁴ szírvárvány = Regenbogen = arc-en-ciel ¹⁵ egyébként = sonst = d'ailleurs



Batavia una est ex paucis regnis, quae nec hostes, neque inimicos habent. Quo magis omnes populi nuptiis regis, quas moderatore rogante reverendissima Soror Christiana Harleiensis in capite¹ primario¹ tam incundissime tractavit, aequē ac Batavi gavisi sunt. Nos quidem Hungari, quorum liberos esurientes² post bellum gentium Batavi Hungariae mutilatae a communistis hostibusque exsoliatae statim succurrentes tantā benignitate quasi adoptaverunt atque aliuerunt, ut permulti im-

¹ vezérkikk = Leitartikel = article de fond ² éhezni = hungern = endurer la faim

puberum nostratum apud educatores³ et altiores³ manere quam in patriam redire maluerint, novos conjuges⁴ regios multo magis optimis omnibus⁵ prosequentes cupimus, ut verā beatitudine perfruantur. Deus Julianam futuram reginam cum marito Bernhardo principe multos annos servet incolumes, domusque regnatrix de Oranien-Nassau, — cuius populariorem haud usquam invenias — saluti Bata-vorum perpetuā felicitate floreat !

Novus annus satis feliciter incipere videtur. Angli et Galli nunc demum Aethiopiam ab Italies occupatam sanxerunt,⁶ qua de causa etiam de mari⁷ medio⁷ Itali Anglique consentientes effecerunt, ut Galli voluntarios milites communistis Hispanis subvenire vetarent. Quae cum ita sint, sperare audemus fore, ut cum ab Hispanis communistae mox fusi fugati ex-pellantur, tum civitates⁸ praepotentes⁸ (Anglia, Gallia, Italia et Germania) Societatem Nationum restaurent, populisque oppressis auxilium ferant. Ceterum dum novus annus in Europa frigus nivesque attulit, in America artifices⁹ pelliculares⁹ Hollywoodienses in mari natantes Calendas Ianuarias salutabant. Moderator quoque omnibus, a quibus litteras gratulatorias ad novum annum accepit, gratias agit maximas, simul sociis atque lectoribus «Iuventutis» cum Plinio «optat et ominatur in proximum annum MCMXXXVII. laeta.»

De Hispania proxime duos commentariolos¹⁰ publicaturi sumus, quorum auctores sunt : *A. Avenarius et Ios. Guelmino.*

Tabula mortuorum. Austriaci nobiscum lugent obitum¹¹ Friderici archiducis 80 annos nati, qui in bello gentium summus dux exercituum monarchiae Austro-Hungaricae erat. In imagine (pag. 68.) inter Carolum regulum et mareschallum Mackensen ab laeva secundus stat Fridericus. — In Germania Ioannes e nobilibus Seeckt tribunus¹² militum¹² a praetorio¹² 70 annorum mortuus est, qui non solum in bello gentium, sed etiam postea optime meruit de re militari. Doloribus¹³ amicorum Germanorum nos quoque congruimus.¹³ — Eugenius Sipőcz magister civium Budapestinensis superior cardioplegia¹⁴ oppressus immaturā morte (58 annos natus) animam exspiravit. Fautori litterarum humanarum sit terra levis !

Calamitates. In republica «Sanctus Salvator» eruptione montis ignivomi¹⁵ Sanctae Ritae et terrae motu tria oppida solo aequata sunt, hominum autem milia perierunt. — Berolini in ferrivia subterranea homines incendio perterriti sunt, quod vigiles¹⁶ contra fumum personati¹⁶ vix extinguerent potuerunt. — In portu Massauae (in Abyssinia) propter displosionem aheni¹⁷ navis vaporeae multi operariorum¹⁸ Italicorum mortui sunt. — In Estonia agmina luporum fame hibernā furiosorum in stabula domosque irrumpunt. Nuper in via publica deserta vectores¹⁸ autocarri, cum a lupis invaderentur, inopiā sclopeturorum,²⁰ baculis ferreis bestias vix prohibere potuerunt, dum subito milites automobili advenientes machinā²¹ sclopatoria²¹ lupos partim enecarent, partim fugarent.

Dies anniversarii. Academia scientiarum Suecica a Gustavo rege a. 1786. condita centenarium sesquialterum²² celebravit. — Statio meteorologica Budapestinensis ante hos 50 annos erecta est.

³ nevelőszülök = Pflegeeltern = parents adoptifs
⁴ házaspár = Ehepaar = couple (de mariés)
⁵ szerecsenkivánat = Glückwunsch = félicitation
⁶ (érvényesnek) elismerni = anerkennen = légitimer
⁷ Földközi-tenger = Mittelmeer = la (mer) Méditerranée
⁸ nagyhatalmak = Grossmächte = grandes puissances
⁹ filmszínesz = Filmschauspieler = acteur de film
¹⁰ cikk = Artikel = article
¹¹ elhunytát = Hinscheiden = décès
¹² vezérezredes = Generaloberst = maréchal du camp
¹³ kondoleálni = Beileid bezeigen = faire ses compliments de condoléance
¹⁴ szívbenlás = Herzähmung = cardioplegie
¹⁵ tűzhányó = Vulkan = volcan
¹⁶ tűzoltók álarban = Feuerwehrleute mit Masken = (sapeurs-) pompiers avec des masques
¹⁷ kazán = Kessel = chaudière
¹⁸ mun-kás = Arbeiter = ouvrier
¹⁹ utas = Reisender = voyageur
²⁰ pisztoly = Pistole = pistolet
²¹ gépfegyver = Maschinengewehr = mitrailleuse
²² másfél = anderthalb = un et demi



Tsang Kai Sekk mareschallus Sinensis a duce seditionis, Tsang Sy Liang captus diu custodiebatur, tandem e custodia emissus est. Quod homo rebellis ab iudicibus militaribus non nisi verbis castigatus²³ sit, valde admirandum est.


In senatu Havannensi (in insula Cuba), cum unus ex ablegatis²⁴ contumelias in praesidem reipublicae dicere cooperat, alius quidam plumbo²⁵ eum confecisset,²⁵ nisi sclopetulum manibus extortum esset. Quibus visis praezes in suggestu sedens etiam ipse revolverio suo omnibus minitans declaravit se, quem optimum insulae bombardarium²⁶ esse nemo ignoraret, statim glandem²⁷ in aurem missurum esse, qui sclopetulum monstrare auderet. Haec est disciplina morum Havannae!

Andreas Gides scriptor Gallicus, postquam Russiam sovieticam peragravit, in patriam rediens dixit sibi errorem²⁸ omnino eruptum²⁸ esse. Gides librum de vita horribili Russorum scripturus est, quem si quis legerit, nunquam Russiam sovieticam laudabit vel admirabitur.

In vivario²⁹ Vindobonensi ad «fontem pulchrum» hippopotamus, deliciae puerorum puerorumque, nomine Rosl, sextum iam catulum paruit, quem cum matre imago nostra ante oculos ponit (pag. 69.).

²³ dorgálni = Rüge erteilen = réprimander ²⁴ képviselő = Abgeordneter = député ²⁵ lelőni = erschiesen = tuer d'un coup de feu ²⁶ céllövő = Schütze =

tireur ²⁷ golyó = Kugel = balle (de fusil) ²⁸ kiábrándulni = enttäuscht werden = être désillusionné ²⁹ állatkert = Tiergarten = jardin zoologique



LECTORIBUS MINIMIS.

A. Kiss discipulis gymnasii Schiedamanensis s. p. d.¹

Salvete, amici nostri, Batavi! Legimus historiam evasionis² ingeniosae Hugonis Grotii a vobis narratam, quae valde nobis placuit. Nos quoque habemus aliquid huius generis ad narrandum, sed multo tristius, historiam evasionis principis Francisci Rákóczi, ex carcere in Poloniā (anno 1702.). Leopoldus tum rex erat, qui neglexit Hungariam, a militibus peregrinis³ excruciatam.⁴ Populus oppressus ducem sibi Franciscum Rákóczi creavit, qui captivus factus est propter litteras ad regem Galliae auxilium petendi causa missas. Has enim litteras quidam delator⁵ Gallicus Longueval non regi Galliae, sed Leopoldo imperatori tradidit, quare Rákóczi in vincula coniectus est, unde tamen a Lehmanno centurione ac Kerzl praefecto liberatus sexto die Novembris cum servo suo fideli Berzeviczy, veste⁶ mutata⁶ evasit. Curru vecti fugerunt et traicerunt⁷ Danubium, Berzeviczy se centurionem, Rákóczi servum eius se esse dixit. Inter mille pericula pervenerunt in Poloniā. Quod initium erat magni et longi belli, in quo princeps post multas victorias postremo tamen victus ultro in exilium ivit, ubi a. 1735. mortuus est. Ossa eius Franisco Josepho rege a. 1906. ex Turcia sollemniter reportata in urbe Cassovia, quae post bellum gentium a Bohemis⁸ obsessa est, lugent patriam iterum amissam.

Sed sit satis dictum de luctu⁹ nostro, quem fortasse Vos quoque intelligitis, nam etiam

¹ salutem plurimam dicit ² megmenekülés = Flucht = évasion ³ külföldi = ausländisch = étranger ⁴ gyötörni = quälen = vexer ⁵ besúgó = Denunziant = délateur = ⁶ álruhában = verkleidet = en déguisement ⁷ átkelni = passieren = traverser ⁸ csehek = die Böhmen = les Bohémiens ⁹ gyász = Trauer = deuil




Fridericus archidux † (pag. 67.).

Egmontus Vester quoque tristi morte sibi admirationem omnium paravit. De cuius vita (aut si laetiora mavultis, de provinciis Vestris Asiaticis, de magnis pictoribus Bataviae, etc.) si proxime lectoribus minimis narrabitis, certe scio, laudatores habebitis permultos. Nunc denique accipite gratulationes nostras sincerissimas ad matrimonium Iulianae, principissae vestrae, cui maritoque Serenissimo,¹⁰ Bernhardo principi precamur et cupimus beatitudinem maximam, vobis autem gloriam, copiam, sanitatem omniaque alia bona. Salvete!

A. Kiss disc. VIII. cl. gymn. Acad. Bpest.

¹⁰ Ő fensége = S. Durchlaucht = son Altesse



Hippopotami (pag. 68.).

Expositio litterarum

missarum¹ allatarumque¹ publica discipulorum mense praeterito a Societate Commercii Litterarum Gymnasii Archiepiscopalis in exedra Gymnasii (II. Keleti Károly-utca 37.) artificiose exornata vexillisque gentium diversissimarum venustissime decorata instituta² est. Haec expositio singularis momenti concursu spectatorum gratissimo animo frequentabatur, cum ibi materia Hungarica expositionis³ gentium³ a. 1937. Parisiis instituendae cerni posset. Solemnibus inaugurationis⁴ Idibus Decembribus etiam Paulus e comitibus Teleki adfuit, qui se spectaculo maxime contentum esse affirmavit.

Discipuli nostri consuetudinem⁵ vividissimam cum sociis coniungunt⁵ externis. Adhuc fere 6000 discipulorum discipularumque in 95 gymnasii ac totidem exterorum litteras inter se dant et accipiunt. Sermo litterarum est varius. Plurimi in lingua Germanica, Britannica, Franco-Gallica et Italica, quae in nostris quoque gymnasii docentur, litteras scribunt, sed inveniuntur, qui alias cum alio per litteras in lingua Turcica, Polonica, Finnica, Hispanica, quin etiam Latina colloquantur. Summa litterarum anno schol. 1935/36. redditarum est: 2647.

Discipulis nostris finis duplex ratione commercii¹ litterarum¹ ante oculos obversatur: partim, ut per litteras se linguis exercitent externis, partim ut gentes externae e litteris virtutes populi nostri pernoscant, patriaeque nostrae quamquam rebus gestis glorioseissimae,

tamen iniuste mutilatae⁶ his temporibus iniquis adiutorio sint. Quae res e verbis quoque sequentibus litterarum⁷ Latine scriptarum cuiusdam puellae Polonicae pulcherrime elucet: «Litteras ad Te mittens me non solum Te, sed etiam Patriam Tuam cognitaram adamaturamque esse puto.»

Guilelmus Marczis praef. stud. (Bpestini).

¹ levelezés = Briefwechsel = correspondance ² rendezni = veranstalten = organiser ³ világkiállítás = Weltausstellung = exposition mondiale ⁴ megnyitás = Eröffnung = inauguration ⁵ érintkezésben állani = im Verkehr stehen = être en communication ⁶ megcsontkott = verstümmelt = démembré



GEOGRAPHICA.

Helvetia.

Ioannese et Ious discipuli V. classis Gymnasii Lucani (Helvetia).

Helvetia omnium orbis rerum publicarum veterrima est. Ad pristinum trium pagorum¹ Uranensis, Svitensis, Clivanensis nucleum² accesserunt alii undeviginti pagi: Abbatiselensis, Basileensis, Bernensis, Argoviensis, Cu-

¹ kanton = Kantons = canton ² magva = Kern = le noyau

giensis, Friburgensis, Glaronensis, Lucernensis, Genevensis, Neocastellensis, Sangallensis, Scafusensis, Rhetia, Soloduvensis, Ticinensis, Tugurinus, Turensis, Vallensis, Waldensis.

Pactum foederis primum ictum fuit anno MCCXCI et omnes nomina Guilemi Tell et Winkelriedii et aliorum dueum strenuorum pristinae Helvetiae recordantur.³ Suprema dea

emissis,⁸ exercitus noster fines patriae occupavit et universi se paratos mori ad eos defendendos praedicaverunt. Illis tristissimis annis quot munera benefica, quot sublevamina⁹ vulneratis, obsidibus,¹⁰ captivis Helvetia det!...


Anno MCMXX. Helvetia adhuc et semper per se ipsa neutralis, nomen Societati Nationum, quae Genavae sedem habet, dedit et noster civis Iosephus Motta illius primi consessus primus praeses fuit.

Iosephus Motta est civis Ticinensis et in consiliis Helveticis gerit italicam alacritatem¹¹ nec¹² non¹² legum, quas Roma mundo universo dedit, severitatem. Hodie tempora obnubilata¹³ sunt, multi ex nostris civibus sine operibus tempus terunt et non sine terrore futuras horas vident. Sed vires non deficiunt nos: memores patrum et maiorum nostrorum virtutum, vicissim auxilium ferimus unā simul tempora meliora expectantes. Sed

de hoc satis. Nunc de aspectu Helvetiae nostrae nobis dicendum est.

Finis sequetur.

³ emlékezni = sich erinnern = se rappeler ⁴ összekovácsolni = zusammenschmieden = amalgamer, croiser
⁵ tündökölni = erglänzen = briller ⁶ fennen hirdeti = verkündet stoltz = proclamer hautement = ⁷ kongresszus = Kongress = congrès ⁸ hangoztatni = verlautbaren = avancer = enyhüls = Linderung = apaisement ¹⁹ tusz = Geisel = otage ¹¹ elevenség = Munterkeit = vivacité ¹² épp úgy, mint = ebenso wie = de même que ¹³ borús, komor = umwölklt, düster = sombre



Tres pagi antiqui.

Helvetiorum et fuit et est et erit Libertas. Populus Helvetiorum conflatus est⁴ ex tribus stirpibus: germanicā, francogallicā, italicā, non unā sed tribus linguis utitur, at uno animo et unā voluntate est.

Helveticum esse et summa laus et summus honos. Fides ac virtus Helvetiorum nota est omnibus populis orbis terrarum. Helvetii, non solum libertatem patriae defendantes, sed etiam in exteris exercitibus militantes semper refulserunt.⁵ Decima legio Caesaris confecta maximā ex parte militibus Helveticis fuit. Lucernae, Leonis morientis monumentum Helveticos milites pro Gallorum rege pugnantes esse mortuos commemorat et inscriptio alte⁶ testatur:⁶ «Helvetiorum fidei ac virtuti». — Bella in Italia, in Russia, temporibus actis, virtutem Helvetiorum commemorant. Hodie quoque milites Romani Pontificis Helvetici sunt.

In Concilio⁷ Vindobonae (anno MDCCXV) post illius belli fulminis Napoleontis ruinam, omnes legati nationum omnium sollemniter adfirmarunt liberam et neutralem futuram semper Helvetiam. Anno MCMXIV, vocibus⁸ belli fere ab omnibus nationibus Europae

Die natali Christi. (2)

Scripsit G. Gárdonyi. Latine interpretatus est I. Guelmino.

Mane femina ad heram³³ properavit, ut ancillas adiuvaret in labore culinario.³⁴ Ioannes in stabulo bestias curavit. Andreas senex solus relictus in cubiculo diu visionem nocturnam animo agitabat. Promit rosarium³⁵ sacrum et susurro³⁶ pio incepit orare ita, ut cor senis gaudio fluctuaretur.

³³ a földesür felesége = Gattin des Gutsherrn = la femme du seigneur terrien ³⁴ konyhai teendők = Küchenarbeit = besognes culinaires ³⁵ rózsafüzér = Rosenkranz = chapelet ³⁶ suttogó hangon = im Flüstertone = en chuchotant



Circum horam octavam hera intrat in culinam et: «Tu Maria, — inquit, — veni mecum ! Aliiquid tibi monstratura sum».

Intraverunt in cubiculum. Et ecce in pietate imago Domini Iesu Christi pendebat, tam similis vivi, ut quovis momento descendere putares. Maria ambas concussit manus et: «O mi Deus, — dixit voce tremebundā inter lacrimas, — hoc mihi praedixit in somno apostolus sanctus Thomas. Et non solum mihi, sed etiam viro et socero³⁷ meo seni».

Et rogavit heram, ut marito³⁸ quoque aspicere liceret effigiem. Concessum erat. Quā aspectā domi enarrant seni, quam vivida sit effigies illa. Senex autem non contentus narratione, immo contrastatus³⁹: Non ita promisit mihi — ait — apostolus Thomas, in effigie, sed vivum. «Cras videbitis Dominum», sic promisit. Non effigiem Domini.

Haec enarratio prorsus⁴⁰ sustulit gaudium senis, hilaritatemque totam, quā implevit visio illa nocturna. Post cenam tacitus resedit ad focum. In mensa panis, aliquid assi⁴¹ et lagoena semiplena vini. Iuxta quam poculum quoque semiplenum. Andreas totus contrastatus ut sedet ad focum immersus cogitationibus, aliquem orare audit ante ianuam. Pater-noster dicitur trementibus labiis⁴² ante ianuam. Auscultat.⁴³ — „Quid, etiam in sancta Nativitate Domini mendicatur?“⁴⁴ indignatur in se. Exspectat.


Mendicus alienigena⁴⁵ hirsutā⁴⁶ barbā crescenti, labia sunt lurida,⁴⁷ vestis est pannosa,⁴⁸ pera trita⁴⁹ dependet de collo. «Intra !» — dixit Andreas miseritus⁵⁰ illius et sedere iussit ad mensam. Panem, assum, yini quoque poculum apposuit illi: «Ede, bibe, calface⁵¹ corpus !»

Et observans illum animadvertisit per calceos⁵² illius perforatos pedes gelu rubentes. «O te miserum !» cogitat in se. Et venit in mentem peronum⁵³ in apotheca⁵⁴ repositorum, qui etsi obsoleti⁵⁵ sunt, sed sine foramine et contra frigus optimi. Celeriter surgit et intrat apothecam. Infra funes veteres invenit illos. Detergens pulverem situmque⁵⁶ reddit cum gaudio.

Mendicus autem nusquam. Abiit, gratiis non actis? Andreas circumspicit, desitne aliquid. Et vere deest pipa ! Reminisctur autem pipam in sacco⁵⁷ furfurario⁵⁷ relictam esse. Redit, ubi vere invenit pipam. «Hem, frigore⁵⁸ conficiuntur⁵⁸ pedes miseri mendici, si hos perones non habebit. Omni modo inveniendus est mihi !» dicit et exit in viam, portansque perones trepidat⁵⁹ in nive.

Et ecce puerulum quendam videt in glacie ire. Labitur autem ille casū gravissimo. Et non surgit. Eh, quid istud !? Hem, animo⁶⁰ relatus⁶⁰ iacet. Cuius filius? Amiculo⁶¹ involvit miserum, allevat e glacie, ut in tabernam portet. Mercatori vici noti sunt omnes pueri. Ille

³⁷ após = Schwiegervater = beau-père ³⁸ a férj = Gatte = mari ³⁹ elszomorodni = traurig werden = s'attrister



Aedicula Guilelmi Tell.

⁴⁰ teljesen = gänzlich = complètement ⁴¹ sült = Braten = röti ⁴² ajak = Lippe = lèvre ⁴³ odafigyel = horcht hin = prêtre attention ⁴⁴ koldulni = betteln = mendier ⁴⁵ idegen = fremd = étranger ⁴⁶ borzas = struppig = ébouriffé ⁴⁷ halásápadt = leichenblass = livide ⁴⁸ rongyos = zerlumpt = loqueteux ⁴⁹ kopott = abgenutzt = usé ⁵⁰ szánakozni = sich erbarmen = avoir pitié ⁵¹ melegedni = erwärmen = se chauffer ⁵² bocskor = Bundschuh = sandale ⁵³ csizma = Stiefel = botte ⁵⁴ kamra = Kammer = débarres ⁵⁵ ócska = abgenutzt = usé ⁵⁶ penész = Schimmel = moi si ⁵⁷ korpás zsák = Kleiensack = sac à son ⁵⁸ megfagyni = erfrieren = geler ⁵⁹ tipecgni = topogni = trippeln = tröttiner ⁶⁰ ájult = ohnmächtig = évaniouli ⁶¹ felső ruha = Mantel = petit vêtement de dessus, mantelet

autem nunquam vidit hunc puerum, quem nunc senex ad notarium portat, ut publice tradat. Aegre portat, quia manus pedesque pueri miseri inanimi dependent. Ibi deponit attente. Non audet intrare domum, unde cantus⁶² instrumentorum⁶² exauditur. Saltatur quoque. Non audet intrare, quamquam alget⁶³ sine amiculo. Famulam forte provenientem rogat, ut evocet dominum notarium, quia maturato⁶⁴ opus sit.⁶⁴ Et cum notarius egressus esset, excusat se tam importuno tempore de puer quodam turbare dominum . . . et enarrat rem. Interdum evolvit amicum: nihil usquam. Abiit, videt notarius. Deo gratias, nihil mali et nihil curae, et regressus est in cubulum.

Hem, hic quoque abiit, — agitat secum rem, — et tam graviter laesus quomodo potuit abire inobservatus?

Andreas lente progreditur⁶⁵ inter has cogitationes, cum procul canes audit latrare. Mendicū meum latrant, properandum est cum his peronibus, cogitat secum. Et vere videt quendam appropinquare. Ex propinquō cognoscit in eo Valentīnum Varró. «Tu es Valentine? — interrogat eum obstupēfactus.⁶⁶ — Non vidisti mendicū senem in via, vel puerulum?» — Et voce tam amicā interrogat cum, quasi nihil accidisset inter eos. Accidit scilicet 55 annis ante, ut Andreas et Valentīnus eandem pueram sibi despondere⁶⁷ vellent et Valentīnus, cum fures temptassent tabernam mercatoris vici diripere, testimonium dedit se vidisse Andream e taberna elabi⁶⁸ foras,⁶⁸ quam ob rem Andreas 4 hebdomades in carcere custoditus et a puella repudiatus est. «Non vidi», — respondit Valentīnus, sed quasi in somno loqueretur.

— Res mira, — continuavit Andreas. — Nescio, fractusne sit, an de suo loco⁶⁹ emotus⁶⁹ pes pueruli. Et tamen abiit.

— Noli irasci mihi Andrea! — rogat eum Valentīnus.

— Iam oblitus sum rei illius. Homines sumus, Valentine!

— Veni tecum, rogo, ut unā bibamus prout vini.

— Libenter. Libentius autem cras. Nunc enim mendicus et puerulus ille quaerendi sunt mihi.

Et manus iunxerunt, valedicentes. Andreas

autem frustra quaesivit suos. Et cum domum redisset, filium nurumque⁷⁰ domi invenit. «Et tu ubi vagaris, pater?» — interrogat eum filius. Andreas enarrat rem cum mendico, puerulo et Valentino. «Hoc fieri non potest, — dicit Ioannes, — Valentīnus iam mortuus est.»

— Non est! Loquebar cum eo. Et manus iunximus.

— Ecce, etiam vigilans⁷¹ somnias,⁷² mi pater! Decem annis ante mortuus est in America!

Andreas non respondit. Res autem nequāquam convenit.⁷³ Tristis fumavit. Et venit ei in mentem etiam promissi, quod apostolus iis dedit. Hi — cogitat secum — viderunt Eum, in effigie, et ego non vidi. Et contrastatus videt per fenestram iam advesperascere. Et ecce, quasi aperiretur paries et in iubare astat Dominus. «Nonne praedixi vobis — dicit Andreae — me vobiscum esse usque ad consummationem saeculi? Et vos videtis me et non videtis. Tu primo convivio excepisti me, mendicū. Secundo in bracchiis portasti me, puerulum. Tertio prensisti⁷⁴ manum meam et omnia dimisi⁷⁵ inimico tuo. F' non me cognovisti! Et si vos non cognovistis me, quomodo ii, quos neminis miseret? . . .»

Senex felix postero die experrectus est. «O mi Deus, — iterat lacrimans — et ego suspicione⁷⁶ habui⁷⁶ de te super pipam meam! . . .»

Finis.

⁶² zene = Musik = musique ⁶³ fázni = frieren = avoir froid ⁶⁴ sürgős a dolog = es ist eilig = l'affaire est pressante ⁶⁵ haladozni = vorwärts schreiten = avancer ⁶⁶ elámulva = in Erstaunen gesetzt = étonné ⁶⁷ eljegyezni = verloben = se fiancer avec ⁶⁸ kioszni = herausschlüpfen = se couler dehors ⁶⁹ kifizamodott = verrenken = démis ⁷⁰ a menye = Schwiegertochter = bru ⁷¹ ébren = wach = (tout) éveillé ⁷² álmodni = träumen = rêver ⁷³ egyezni = stimmen = concorder ⁷⁴ megszorítani = drücken = presser ⁷⁵ megbocsátani = verzeihen = pardonner ⁷⁶ gyanúsítani = verdächtigen = suspecter qn

Ephemerides periodicae.

Archivum Philologicum. Ann. LX. 7—12. Iul.—Dec. 1936. Budapest. — Al. Eckhardt : Le soixanteenaire de l'Archivum Philologicum. — Iul. Pollednik : Die antike Forschung über die Fortpflanzung der Bienen. — Mil. Ed. Mészáros : Zur vergilischen Eschatologie. — Tib. Kardos : Aneddoti di argomento ungherese nel «Rerum memorandarum liber» di G. Conversino. — L. Terbe : La biographie d'une métaphore européenne (La Hongrie, boulevard de la chrétienté). — Eug. Darkó :


La couronne envoyée par M. Ducas. — Fr. Nagy : Zum Verständnis d. griech. Musik. — A. Horváth : La Sainte Couronne hongroise. — St. Bory : Bürgers Einfluss bei Ady. — Iul. Ortutay : Volksballaden der Székler. — E. Róna : Hungarian references in English chronicles. — Recensio librorum.

Alma Roma. Ann. XXIII. Fasc. VIII—XII. Aug.—Dec. 1936. Romae. — *Carmina*: Fr. S. Alessio : Feriae montanae. Ios. Favaro : Mors laniata (in certamine Hoeufftriano ambo magna laude ornata). Ios. Morabito : De novo horologio Messanensi. — An. Trazzi : Puerilia seu Platea Vergiliana. — I. Antonelli : 1. De ingenuis artibus in populum pervulgandis. 2. De sacro carmine vulgo «Dies irae» nuncupato. 3. De ingenuis artibus Christiano more exercendis. — S. Romani : 1. De fontibus iuris Italici linea menta historica. 2. Interludium. — P. d. V. : Ad Tiburtinum Estense. — H. Molendinus : Ex Sinis (epistula). — A. Avenarius : Pagina Herderiana. — G. P. : Polychromia apud Graecos in statuis. — Waldschmidt : De vario morborum genere. — I. M. : De Romanorum sepulcris elementa. — I. Fornari : *Ad renovandum Latinae linguae usum*. — I. Iss. : De latini sermonis notis vulgaribus (I—II. pronomina, III. substantivum abstractum). — X. : Expressi in humano sermone mores animalium. — Colloquia latina : 1. Virtus in puer. 2. Pensum diurnum. 3. Vestientes se et reliqua peragentes. — Annales. — Varia. — Iocosa. — Aenigmata. — Librorum recensio. — Libera a pittaciis responsa. — I. Collin—Val. Fehér: Regulus (actio dramatica).

Societas Latina: Ann. IV. Fasc. 3. Oct. 4. Dec. 1936. Monachii. — *Ad renovandum Latinae linguae usum*. — Georg. Lurz : 1. De variis dicendi generibus. 2. Annotationes criticae ad vocabularium. 3. Quale sit eligendum dicendi Latine genus. — In memoriam Desiderii Erasmi Rotterdam († 1536). — Ed. de Welz : Maximiliani I. electoris epitaphia tria aliaeque inscriptions. — H. Weller : Carmen gratulatorium gymnasio dicatum iubilaei festum sollemniter peragenti. — A. Avenarius : 1. De nominibus locorum ex euntibus in = iacum. 2. De amico nostro R. P. Emmanuele Iové. — St. Kropke : Eine lateinische Büfettkarte. — Iul. Goslar : Vocabulary musicum. — H. Lis : De Bertha quae dicitur crassa. — A. Harings : Carmina. — A. Preuss : Goethei versus. — Noscenda. Interrogata. Responsa. — Librorum recensio. — Periodicum conspectus.

struendis ornamentisque abunde auratis faciendis atque in statua equestri regis politissima arte ex aere fundenda tantum temporis consumptum est, ut Victore Emanuele defuncto paene decem lustra⁵⁴ praeterirent, priusquam monumentum ad finem perduceretur.

Mussolini iudicio subtili⁵⁵ intellexit, tunc tantum fore, ut sua Roma auctoritate atque gravitate praepolleret⁵⁶ vimque⁵⁷ urbis antiquae, quam illa saeculis volventibus semper servabat, superaret, si Romae quartae et magnitudo antiquae⁵⁸ et nomen atque fama papalis et vires regiae urbis coniunctā inerunt. Totis viribus igitur operi magno instabat⁵⁹ antiquam urbem Caesaram⁶⁰ ab ima terra



Ministerium educationis nationalis.

tanto fervore ad lucem proferri iussit, quantum alii ne cogitare quidem ausi sunt. Papae reconciliatus⁶¹ est, ne in urbe captivus esset, quae prioribus pontificibus tam multa et magnifica opera debebat.⁶² Mirabili sollertia⁶³ atque sagacitate⁶⁴ id agitabat, ut caput⁶⁵ regni incredibili incremento⁶⁶ augeretur, quod abunde

Roma quarta. II.

Ex script. A. Berzeviczy ; libere conv. Aem. Láng.

Roma nova regibus regnata saecula prae-terita saltem⁴⁹ dimensionibus aedificiorum inauditis superare laborabat.⁵⁰ Eiusmodi opera⁵¹ publica sunt palatia Iustitiae ac ministeriorum, imprimis autem moles Victoris Emanuelis, quorum giganteis dimensionibus Itali Capitolium Romanum superare sibi proposuerunt; in quibus molibus⁵² ex marmore Lunensi⁵³ ex-

⁴⁹ legalább = wenigstens = du moins ⁵⁰ igyekezni = sich Mühe geben = s'efforcer ⁵¹ épületek = Bauten = édifices ⁵² óriási épületek = Riesenbauten = des bâtiments de proportions gigantesques ⁵³ Luna hodie : Carrara ⁵⁴ ötévi időköz = ein Zeitraum von fünf Jahren = espace de cinq ans ⁵⁵ finom = fein = sûr, pénnérant = igen hatalmas, erős = mächtig = puissant ⁵⁷ jelentőség = Bedeutung = importance ⁵⁸ urbis = vmi-nek neki szenteli magát = sich einer Sache mit Eifer widmen = se consacrer à qch ⁶⁰ császár = Kaiser = empereur ⁶¹ kibékül = sich aussöhnen = se réconcilier ⁶² köszön vmit = verdanken = être redevable ⁶³ alkotó szellem = schöpferischer Geist = esprit créateur ⁶⁴ éleslátás = Scharfblick = sagacité ⁶⁵ fóváros = Hauptstadt = capitale ⁶⁶ továbbfejlesztés = Fortbildung = accroissement

exsecutus est. Urbs monumentis effossis et aedificiis modernis clara iam plus decies centena milia incolarum habet, itaque Roma Mussoliniana inter omnes Italiae urbes ex omni parte prima habenda est.

Industria⁶⁷ et labor⁶⁷ Mussolini nullis⁶⁸ neque temporis neque loci angustiis inclusa⁶⁸ sunt. Regnum Italicum fascismo vigente in



Via strata automobilium nocte.

publicis⁶⁹ operibus⁶⁹ ad⁷⁰ quadragies milies decies centena milia libellarum⁷¹ consumpsit. Quae publica⁷² impendia⁷² inter alia effecerunt, ut numerus eorum,⁷³ qui sine quaestu essent,⁷³ magnopere minutus fuerit.

Visu mirabiles sunt viae nuperrime munitae;⁷⁴ summum luxum imprimis viae automobilium ostentant, in quibus, si necesse sit, lumina pernoctantia⁷⁵ fabulose collucent.⁷⁵ Etiam in viis faciendis mentem Romanam sequitur, omnes enim viae publicae ab Capitolo initia habent.

Mussolini paludibus⁷⁶ Pomptinis⁷⁶ exsiccans⁷⁷ ingentia spatia agrorum acquirit. Hucusque⁷⁸ tantis spatiis locorum assiduo labore exsiccatis potitus est, ut ibidem iam tres colonias nomine Littoria, Sabaudia et Pontinia constituerit,⁷⁹ quin etiam iam quarta, Aprilia, aedificetur. Colonias et in Libya condidit, ubi incultam arenarum⁸⁰ vastitatem⁸⁰ publico⁸¹ impendio⁸¹ in humum fecundissimam transformativit ratus sumptus ingens redditu⁸² ex herbis⁸³ medicis⁸³ — quas terra cultissima gignet — recompensaturum iri.⁸⁴

(Continuabitur.)

⁶⁷ energikus tevékenység = energische Tätigkeit = la vigoureuse activité ⁶⁸ sem idő, sem hely nem korlátozza =

ist weder durch Zeit noch durch Ort beengt = n'est pas limitée ni par le temps, ni par l'espace ⁶⁹ közmunkák = öffentliche Arbeiten = travaux publics = ⁷⁰ körülbelül = beiläufig = à peu près ⁷¹ lira = Lira = lire ⁷² állami kiadások = Staatskosten = dépenses publiques ⁷³ keresetnélküli = erwerblos = chômeur ⁷⁴ épített = entstandenen (Strassen) = (routes) construit(es) ⁷⁵ egész éjén át világít = die Nacht hindurch scheinen = éclairer toute la nuit ⁷⁶ Paludes Pomptiniae aliquando in Latio adeo late patebant, ut teste Plinio triginta tres urbes eas circumstarent. Quas plurimi siccabant, ut Caesar, Augustus et imprimis Traianus, qui ingenti sumptu per eas viam saxo stravit sed res nulli eorum successit. ⁷⁷ kiszárit = austrocknen = tarir ⁷⁸ eddig = bis jetzt = jusqu'ici ⁷⁹ alapítani = anlegen = fonder ⁸⁰ homoksivatag = Sandwüste = mer de sable ⁸¹ államköltségen = auf Unkosten des Staats = aux frais de l'État ⁸² jövedelem = Einkommen = revenu ⁸³ gyógynövény = Heilpflanze = plante médicinale ⁸⁴ ki-egyenlítődni = sich ausgleichen = se compenser



Iocosa.

Lepus et feles.¹ Domina in basilica² alimentaria³ coquae sua tradit leporem quinque pondo³ valentem.³ Meridie dominae domum redienti coqua incusat felem domesticam, quod comesset leporem. Domina valde admiratur, mox pendit⁴ felem, quae accurate⁵ quinque pondo valebat. Tunc ad coquam: — Lepus sane inest in fele, sed ubi est ipsa feles?!

Desiderium ultimum. Tonsorem⁶ capitis damnatum interrogat actor⁷ causarum,⁷ forsitan esset ei desiderium ultimum? Tonsor: — Ultimum valde cupio dominum actorem radere.⁸

Pedes asini. Discipulus I.: Quot pedes habet asinus? — Discipulus II.: Nonnulli duos, plurimi quattuor. — I.: Salse respondisti, sed haud sine vitio, nam asinus verus habet pedes a fronte: duos, a tergo: duos, dextra: duos, sinistra: duos, — id est: octo!

Examinatio. Discipulus stultus, filius cuiusdam novi divitis, examinatur, et cum inter-

¹ macska = Katze = chat ² vásárcsarnok = Markt-halle = hale ³ font súlyú = Pfund schwer = pesant . . . livres ⁴ megmérni = wagen = peser ⁵ pontosan = ge-nau = (au) juste ⁶ borbély = Barbier = barbier ⁷ ügyész = Anwalt = procureur ⁸ megborotválni = ra-sieren = raser

roganti professori nesciat responsum dare, professor mitissime dicit: Fortasse interrogatio mea difficilis est? — Disc.: Non tua interrogatio, sed responsum meum est difficillimum.

Paulus Farkas (Budapestini)

Paulus occurrens Stephano interrogat: «Quomodo delectatus es heri cenā?» — Stephanus respondet: «Si iuseulum¹ tam calidum fuisse, quam vinum, vinum tam vetustum fuisse, quam anserculus, anserculus autem tam opimus² fuisse, quam era³ erat, omnia optima fuissent.

Lucia Gonda disc. Theresiani Bpest.

¹ leves = Suppe = soupe ² jól táplált, kövér = wohlgenährt, fett = replet, dodu ³ háziasszony = Hausfrau = dame de la maison

1. Magister: Quonam anni tempore natura pulcherrima tibi videtur? — Discipulus: Februarum tempore.

2. Pater: Videlne magister pensum tuum? — Puer: Vedit. — Pater: Et non sensit, me in scribendo te adiuvisse? — Puer: Non! — Pater: Et quid dixit? — Puer: Me quotidie stultiorem fieri.

Stephanus Szakáts discipulus Rákóczi.

Omnia sunt relativa. Magister dē agnulo inobedienti, qui a lupo devoratus est, narrat: «Videtisne pueri, si agnulus oboedienter in stabulo mansisset, non a lupo devoratus esset.» — Non ita, domine magister — dicit Fridericus prudens — tum a nobis devoratus esset.

*

Magister: Quot horas habet dies? — Discipulus: Viginti quinque. — Magister: Quomodo? — Discipulus: Nonne prius tu disti diem iam horā longiorem esse?

M. Farkas disc. gymn. Univ.

Pagi extremi caupona.

Scripsit Alexander Petőfi. Latine reddidit *Ios. Irsik.*

*In extrema pagi zona
Vergit¹ ad Samum² caupona;
In aqua se spectaret,
Nisi nox appropinquaret.*

*Atqui nox instat propinqua,
Obsilescit lucis³ lingua³,*

*Silet ponto⁴ annexus ripae,
Inque eo silent tenebrae.*

*Ei, caupona sed sonorat!
Cymbalista perlaborat,
Iublant⁵ iuvenes, et crebrā
Heiā⁷ contremit fenestra.*

*«Cauponarja,⁶ flos aurata,
Vina fer diu servata:
Sint avo vetustiora,
Sint amicā ferviora!*

*Psalle⁸ cingare! Potanti
Tumet animus⁹ saltandi;
Salto¹⁰ nummos pessum dabo,¹⁰
Spiritum vel exsaltabo!»*

*Pulsat aliquis fenestram:
«Moderate flamمام¹¹ vestram,
Dici iubet herus¹² vobis;
Indulgere¹³ vult nam somnis.»¹³*



*«Dic hero vel spurca¹⁴ dictu,
In malam¹⁵ rem apage tu! . . .
Psalle cing're vel infeste,¹⁶
Etsi corporis pro veste!»*

¹ rúg ki = erstreckt sich = penche, incline ² nomen fluvii ³ vita diurna ⁴ komp = Fähre = bac ⁵ kurjongatni = jauchzen = pousser de cris joyeux ⁶ kocsmárosné = Schankwirtin = cabaretière ⁷ heje-huja = Juche! = ô gué! ⁸ húzd rá! = spiel' auf! = entonne! ⁹ kedv = Lust = envie ¹⁰ eltáncolní = vertanzen = mettre tout son argent à la danse ¹¹ scilicet: laetitiae fl. ¹² az uraság = die Herrschaft = le seigneur ¹³ elaludni = schlafen = dormir ¹⁴ valami csúnyát = Schimpfworte = injures ¹⁵ a pokolba = zum Teufel = au diable ¹⁶ csak azért is = zum Trotz = malgré tout, rien que pour cela

*Rursus quis venit pulsatque:
«Parcē¹⁷ quaeſo, iubilate,
Per Deum rogo precanter;
Misera est peraegra mater.»*

*Nullus dat responsa: verum
Quisque exſorbet¹⁸ ſuum merum,
Finem iubent musicando,
Cedunt domos miserando.*

¹⁷ kiméletesen = mit Mäſsigung = plus doucement ¹⁸ ki-hörpenteni = ausschlürfen = vider d'un trait

Hypatia. (22.)

Scrispit C. Kingsley. Hungarice reddidit A. Zigány. Excerptis atque in Latinum convertit: Valentinus Fehér (Strigonii).

Senex obſtupefactus haesitabat: pretio ornamentorum ſolvi poſſe aeaſ alienum omne et ſi rēvērā nil¹⁹ referret,¹⁸ utrum Hypatia Pelagiam admitteret necne, tamen opera¹⁹ eſſe¹⁹ rem periclitari.²⁰ Paulo post rediens litteras Hypatiae Philammoni tradidit. In eis breviter scriptum erat Hypatiam sermonem²¹ conſerfe²¹ non poſſe cum Pelagia, quin ſe in humilitatem submitteret.²³ Philammo litteras complicatas²³ in os Theonis impegit,²⁴ dein recurrit ad ſororem; in gradibus obvius fuit Mariae, quacum in cubiculum intravit. «Licetne mihi eam adire?» — quaerit Pelagia.

— Verbum unum de hac re ne feceris cave — ait Philammo. — Potius audi me! Visne pura fieri, redire ad bonam frugem,²⁵ ut tu quoque, quemadmodum olim Mariae Magdalena, Dominus misereatur?

— Quidni²⁶ velim? O dic, quid mihi ſit agendum!

— Relinque hanc urbem et ſequere me in ſolitudinem.

— Mene relinquere urbem? Relinquere Alexandriam et Amalricum?

Tum lignei gradus pondere gravium paſſuum ingemuerunt.²⁷ Illi tres timore perterriti inter ſe conſpectarunt. «Estne hic aliud cubiculum? — quaerit Maria.

— Nullum — respondet Philammo.

Vetula anus artē²⁸ pugionem manu cepit. Tum repente ianua uno calcis²⁹ ictu patetfacta Vulfius et Smidius ingressi ſunt: «Per Tamarim! — clamat Vulfius, — altē, puer,

habitas. Heus, mulieres, recedite hinc! habemus quaedam agenda cum hoc puerō».

Pelagia, quae ita ſe ricā velaverat, ut a duobus Gothis non agnosceretur, ad primam vocem unā cum Maria e cubiculo elapsa eſt.³⁰ «Quid tristis es, puer? — ait Vulfius amice umerum Philammonis tangens. — Nos quoque adſuimus in circo et Smidius eſt testis nos in harenam voluiffe. Fortis es, puer et ſi quid tibi mali accidisset...»

Philammonem flere incipientem Smidius consolatur: «Quorū ſum³¹ iſte ploratus?³² Idcirco venimus, ut auxilio tibi ſimus. Responde: ſi ſororem tibi reddiderimus, audesne eam auferre hinc Alexandria?»

— Noviſti, — ait Philammo — quis ſim quantaque audeam.

— Optime. Tu noviſti domum noſtrā. Scis, ubi ſit ianua poſtica, quae ſpectat ad canalem? Adeſto eras vespere horā poſt ſolis occaſum et aufer, quod a nobis acceperis. Quid? aderisne?

— «Adero.» — Gothi ſuccesſu³³ contenti per ſcalas deſcendunt.

VII. Signum caeleſte.

Hypatia cum ex patre comperiſſet¹ Philammonem concerptis² litteris aufugiffe, rebus desperatis³ ad ſtatuum Minervae aggressa proculbuit et ſic precata eſt: — «O Minerva, fons omnis ſapientiae, miſerere mei! Da mihi ſignum et loquere. Tu es aeterna veritas, ego nihil, quae ad te redire cupio. Ne me abſtrudas,⁴ da de te ſignum, aeterna veritas.»

Repente ſonantibus aulaeis⁵ cum Hypatia reſpexiſſet, Mariam vidit. — «Maiore voce clama — ait anus, — nam cum dea loqueris.

¹⁸ mindegy = es kommt auf eins heraus = c'est tout un ¹⁹ érdemes = es lohnt ſich = cela vaut la peine ²⁰ megpróbálni = einen Versuch machen = essayer ²¹ szóba állni = ein Gespräch führen = s'aboucher avec qn ²² megalázkodni = ſich erniedrigen = s'humilier ²³ összegyűrni = zusammenballen = froiſſer ²⁴ vágni = werfen = jeter ²⁵ jó útra té = ſich bessern = revenir ſur le bon chemin ²⁶ miért ne? = warum nicht? = pourquoi pas? ²⁷ recsegni = knarren = craquer ²⁸ görcsönen kramphaft = d'une main crispée ²⁹ rúgás = Fussſtoss = coup de pied ³⁰ kisurran = hinauſhuschen = ſe glisser dehors ³¹ mire val? = wozu? = à quoi bon? ³² sírás = Weinen = larmes ³³ eredmény = Erfolg = résultat

¹ megtudni = erfahren = apprendre ² összetépni = zerreiſſen = déchirer ³ kétségeſett helyzetében = in ihrer verzweifelten Lage = en sa détresse ⁴ eltasztani = wegſtollen = repouſſer ⁵ függöny = Vorhang = tenture

Caelum altum est, vox defatigatur, dum eo ascendit.»

— Fasesse⁶ hinc, vetula! — clamat acriter Hypatia humo subsiliens. — Fasesse hinc, barbara Iudaea!

— Barbara Iudaea? — stridet Maria dentibus frendens. — Et quid es tu? magis barbara Graeca, quae sculptam adores imaginem atque exspectes, ut rogata loquatur. Qui fuistis vos, vulgus Graecum Troiam oppugnans, cum rex noster Salomo, vir sapientissimus, tanto splendore ac gloriā circumdatus Hierosolymis habitabat, cui parem nec Byzantini nec Romani ullum unquam viderint?

Hypatia attonita Iudeam aspergit anum, cuius oculi igni furoris⁷ ardere videbantur. Illam vetulam Iudeam ortam esse sciebat ex Oriente, quem homines tunc superstitionis⁸ fontem omnis sapientiae ac scientiae putarent. Fieri posse, ut illa sciret veritatem aeternam, quam ipsa nequiquam⁹ quaereret. — «Age — pergit Maria, — non es curiosa futuri? centum modis id ego tibi vaticinari¹⁰ possum. Ieiunā¹¹ hodie toto die usque ad serum vesperum et si cuncta erunt obruta¹² tenebris, veni ad me: ab Eudaemone deduceris. Sed affer tecum nigrum achatem, quia sine eo nihil proficiemus.¹³ Responde, sisne ventura?

Hypatia oculis Mariae ardenter fascinata¹⁴ respondet: — «Ibo, quia video te potentiores esse, quam ego sum. (Ad numarum proximum.)


* horrd el mágad = pack dich = fiche le camp * rajongás = Fanatismus = fanaticisme * babonás = abergläubisch = superstitieux * hiába = vergebens = en vain * megjósolni = prophezeien = présager * böjtölni = fasten = jeûner * burkolni = verhüllen = envelopper * vlmire menni = etw. ausrichten = arriver à qch * meggézni = bezaubern = charmer

nostrates tantum ut 1:0 se habent vincere potuit. In imagine Canadenses impetum in portam Hungaricam faciunt.



Altera imago Sancti Mauritii (in Helvetia) id genus soleis² nivalibus² vehendi² demonstrat, cum certatores aut equis, sicut hic cerni potest aut autocyclis³ celerrime trahuntur. Quae exercitatio nomine Suecico «Skijöring» dicitur.

¹ korcsolyázó = Eisläufer = patineur ² sielni = Ski fahren = faire du ski ³ motorkerékpár = Motorrad = motorcycle



Novus annus.

Carmen quod in ore populi est.

#C An-nus no-vus con-so-la-tus
Re-no-va-ti-o cum gau-di-

I.
#C re-cre-a-ri-coep-tus,

II.
#C o ad-es-se coop-tus.

Iam nuntiat Messiatis adventum fuisse,
Iust(um) est ergo Dei Magni fidē meminisse.

Sigismundus Rácz, disc. Hajdubösziorménensis.



Frigus nivesque et glacies exercitationes hibernales rettuliterunt. *Ludus «hockey» glacialis* patinatoribus¹ (seu soleis ferratis currentibus) carus est, in quo genere nostris temporibus caterva Canadensis nondum superata nuper in glacie lacūs nemoris urbani Budapestinensis

Oratio Antonii apud lectum¹ funebrem¹ Caesaris.

Ex tragœdia «Iulius Caesar» Shakespearii.

In oratione soluta Latina reddidit Ioannes Ehrenfeld,
disc. gymn. IPEA.

*Amici! Romani! Auscultate me!
Sepulturus veni Caesarem, non laudaturus.
Malum, quod homo facit, superstes² est² ei,
At bonum semper in sepulcrum sequitur eum.
Hoc sit etiam fatum Caesaris. Brutus,
Generosus, dixit Caesarem laudis cupidum fuisse;
Si hoc verum est, magnum habuit scelus,
Et de Caesare supplicium sumptum est.
Nunc Bruti permissu ceterorumque
(ac Brutus est vir honestissimus
Et ceteri usque honesti ad unum omnes)
Adveni de mortuo locuturus Caesare.
Amicus mihi fidelis, verusque erat.
At Brutus dicit eum maiora³ appetivisse,
Et Brutus est probus vir, honestus.
Multos Romanum adduxit captivos,
Pecuniae, quibus redempti sunt,
Locupletavit nostrum aerarium:
An cupiditatem laudis hoc significat?
Cum lamentanti Caesar una flevit paupere,
Cupiditas laudis nequit ex tam miti construi
materiā.
At Brutus dicit eum maiora appetivisse,
Ac Brutus probus vir est honestusque.
Vidistis Lupercalibus⁴ ter illi coronam obtuli
Et ille repudiavit. Atque hoc esset maiora petere?
At Brutus dicit maiora eum appetivisse
Et is certe probus vir est.
Ego quidem non verba facio, ut Bruti
Orationem confutem,⁵ non loquor nisi quod scio.*



Skikjöring (pag. 77.).

*Omnes amabatis eum, habebatis causam cur:
Quid nunc vetare possit deplorari eum?
In feras⁶ fugisti, o iudicium,
Homoque relictus sine mente est!
Patientiam! Animus meus in hoc lecto est cum
Caesare,
Quiescendum mihi, dum ad me reveniat, est.*

¹ ravatal = Bahre = lit d'apparat ² túlélni = überleben = survivre ³ nagyratörö volt = war hochstrebend = il était ambitieux ⁴ Lupercus ünnepén = am Fest des Lupercus = aux Lupercales ⁵ megcáfölni = widerlegen = réfuter ⁶ bestias

De Carlomanno rege Francorum monacho facto.

Haec narratiuncula de rege veterum Francorum, fratre regis Pippini I. regis ex opere celeberrimo Reginonis abbatis, cui inscribitur Chronicon, prompta est. Auctor illustrissimus ex nobilissimis parentibus de Alta Ripa, id est Altrepio, vico ad Rhenum infra Spiram (Speyer) progenitus, a. 892. abbas monasterii Prumiensis (Prüm) constitutus est. Septem tantum annos monasterio praeftuit, nam ut videtur, iussu Caroli, regis Francorum ex abbatia electus est. Radbodo autem, episcopus Treverensis expulsum benigne suscepit et abbatum Sancti Martini Treverensis ei commisit. Cui ecclesiae usque ad mortem praeftuisse videtur. A. 915. in monasterio Sancti Maximini Treveris sepultus est.

Anno dominicae¹ incarnationis¹ DCCXLVI. Carlomannus² Romam perrexit, ibique se² totondit³ et in Sarepte monte monasterium⁴ aedificavit in honore sancti Silvestri. Ibique aliquod tempus moram faciens exinde ad sanctum Benedictum in Cassinum usque pervenit, et ibi monachus⁵ effectus est. Fertur autem de hoc sancto viro exemplum memorabile. Cum adhuc Romae positus in monasterio, quod sibi aedificaverat, ab omnibus propter regiam nobilitatem et, quod maius est, propter contemptum⁶ regni⁶ terreni⁶ et gloriae praesentis saeculi⁷ veneraretur et laudibus extolleretur, timens favorem laudis humanae, vir Deo plenus, qui tanta pro Christo reliquerat, fugam magis arripere dispositus, quam vanae gloriae subiacere.⁸ Et hoc tantummodo uno fido socio con-


¹ az Úr megtestesülése = Christi Geburt = la naissance du Christ ² praenomen Francogallicus ³ megnyírta magát (hogy szerzetessé legyen) = liess sich scheeren (um Mönch zu werden) = se coupa les cheveux (pour se faire moine) ⁴ kolostor = Kloster = couvent ⁵ szerzetes = Mönch = moine ⁶ a földi birodalom megvetése = Verachtung des Erdenreiches = le mépris des choses temporelles ⁷ világ = Welt = monde ⁸ szolgálni = dienen = servir

fessus, quem ab infantia in omnibus fidelem probaverat,⁹ cum eo noctu omnibus insciis aufugit et ad Cassinum montem usque pervenit; nihil secum portans ex omnibus bonis, quae corpori erant necessaria, nudus Christum secutus est. Et iuxta¹⁰ morem portam monasterii pulsans¹¹ colloquium¹² patris¹² monasterii, expetiit; in¹³ cuius praesentia¹³ cum venisset mox in terram corruit, se homicidam¹⁴ esse, se¹⁵ reum¹⁵ omnium criminum protestans¹⁵ misericordiam exposcit, poenitentiae¹⁶ locum¹⁶ exquirit.¹⁶ Pater, cum hominem peregrinum esse cognovisset, interrogat, cuius patriae aut gentis esset; at ille confessus est, se Francum esse et ex Francia¹⁷ pro¹⁸ talia scelera migrasse, exilium libenter ferre paratum, tantum ut patriam caelestem nom amitteret. Spiritualis¹⁹ pater¹⁹ eius precibus annuens²⁰ praecepit eum in cella²¹ novitiorum²¹ recipi una cum suo collega ibique probari,²² secundum quod regula iubet, et tanto artius, quanto barbarae et ignotae gentis homo erat, implens²³ illud apostolicum: «Probate spiritus, si ex Deo sunt». Itaque probatus in omni patientia sociatus est²⁵ congregationi unā cum collega post emensem²⁶ anni²⁶ circulum,²⁶ professus stabilitatem,²⁷ conversionem morum et oboedientiam secundum regulam sancti Benedicti. Coepit autem inreprehensibiliter²⁸ inter fratres conversari, omnibus virtutibus pollens. Accidit autem, ut iuxta²⁹ quod²⁹ mos²⁹ est,²⁹ ad coquinae³⁰ officium³⁰ hebdomadarius³⁰ deputaretur,³⁰ quod cum libenter quidem faceret, sed in multis ignoranter³¹ offenderet, coquus³² vino exaestuans³³ ei alapam³⁴ dedit dicens: «Ita te fratribus deservire³⁵ oportet?» Cui ille nil motus placido vultu respondit: «Indulgeat tibi Dominus, frater, et Carlomannus». Neque enim cuiquam nomen suum prodiderat, ne ex vocabulo³⁶ agnosceretur. Rursus cum in quibusdam cibariis³⁷ administrandis³⁷ errasset, iterum a coquo percussus est, cui eadem, quae supra, imprecatus est.³⁸ Et cum tertio a coquo crudeliter caederetur, indignatus ille comes individuus³⁹ sua peregrinationis, quod tantus vir a tam vili persona tam contumeliose⁴⁰ afficeretur,⁴⁰ iam ferre non valens⁴¹ arripuit pilum,⁴² unde⁴⁴ panis in holera⁴³ fratrum mittendus conterebatur,⁴⁴ et cum omni annisu⁴⁵ percussit dicens: «Nec tibi Deus

parcat, serve nequam, nec Carlomannus indulget».

Finis sequitur.

⁹ megismerni = erkennen = reconnaître ¹⁰ szerint = gen-mäss = selon ¹¹ kopogtatn = klopfen = frapper ¹² az apáttal való beszélgetés = Unterredung mit dem Abt = entretien avec le supérieur ¹³ színe élé = vor = devant ¹⁴ gyilkos = Mörder = meurtrier ¹⁵ magát bűnösnek val-lani = sich beschuldigen = s'avouer coupable ¹⁵ alkalmat kérni a jóvátételre = verlangen eine Möglichkeit zur Sühne = chercher la possibilité de réparation ¹⁷ Fran-conia, patria gentis Germanicae ¹⁸ propter ¹⁹ lelkai atya = Beichtvater = père spirituel ²⁰ helyt adni = zustim-men = faire droit à ²¹ ujoncok terme = Saal der Novi-zen = salle de novices ²² vizsgálatot, próbát kiállani = geprüft werden = subir l'épreuve ²³ teljesíteni = erfül-ten = accomplir ²⁴ scilicet = dictum ²⁵ belépni = ein-treten = entrer ²⁶ egy év leforgásával = nach Ablauf eines Jahres = au bout d'un an ²⁷ állhatatosság = Stand-haftigkeit = persévérance ²⁸ kifogástalanul = tadellos = irréprochablement ²⁹ a szokás szerint = gewohnheits-mässig = selon l'usage ³⁰ hetesként konyhai szolgálatra rendelni = als Wochendiener zur Küchenarbeit bestellen = étant de semaine, être envoyé au service de la cuisine ³¹ tudatlanságában = ungeschickt = par ignorance ³² szakács = Koch = cuisinier ³³ felhevülve = erhitzt = échauffé ³⁴ arculcsapás = Ohrfeige = soufflet ³⁵ kiszolgálni = bedienen = faire le service ³⁶ ex nomine ³⁷ az ételek elkészítésében = im Zubereiten der Speisen = dans la préparation des mets ³⁸ kívánni = wünschen = sou-haiter ³⁹ egyetlen = der einzige = unique ⁴⁰ gyalázattal illet = schmählich behandeln = couvrir d'opprobre ⁴¹ pot-tuit et ⁴² rúd = Stange = barre, bâton ⁴³ zöldséges kert = Gemüsegarten = jardin potager ⁴⁴ unde = quo (panis enim tunc temporis formam anuli expressit!) = átl-húzni, felszúrni = durchziehen, durchstecken = piquer ⁴⁵ erő = Kraft = force



Solutiones aenigmatum numeri IV.

proxime publicabuntur.


Munus censurae aenigmatum nobis rogantibus collaborator noster illustrissimus, prof. Otto Schmied suscepit, quo hisce temporibus haud aliis quisquam in orbe terrarum peritior est rei aenigmatae. Libros eius, qui inscribuntur «Fröhliches Latein», 520 aenigmata Latina continentis anno praeterito (mense Maio, pag. 141.) tractavimus omnibusque haec oblectamenta amantibus diligenter commendantibus, et nunc quoque iterum atque iterum commendandos esse putamus. Quia discipuli pauca genera aenigmatum colunt, censor illustrissimus non solum corriget aenigmata, sed etiam propediem in ephemeride nostra plura de arte aenigmatica disseret.

1. Verba docent, exempla trahunt.

ī ī ī ī ī ī
exempla pracepta
Andreas Uskert Tatanus.

2. Supplendo.

sinus Si recte addis litteras,
asser Tu invenis sic bestias :
quus Si colligis initia,
ana Apparet quinta bestia.
Georgius Lénárd, disc. IV. cl.

3. Ex oratione quadam Ciceronis
(ad saltum equulei).*Alexius Csiszér, disc. V. cl. Matthiaeopolitanus.*

4. Pyramis.

1	Est consonans haec littera.
1 2	Et hoc est rogans vocola.
1 2 3	Pro ,neque' id adhibeo.
1 2 3 4	Quod valet: ,interficio'.

Emericus Markó, disc. VII. cl. Keszthelyensis

5.

Litterae, quae desunt
in principio,
Iunctae versum reddunt
ex Ovidio.

asto	lam	gae
olus	ror	men
gari	tius	tto
geo	alis	tura
put	ans	sco
gio	meo	pus

Anna Büchler, disc. Theresiani Budapestinensis.

6. Quadratum magicum.

I. II. III. IV.

I.	E	E	E
II.	E	E	G I
III.	I	M	R R
IV.	R	T	T T

- I. Quod verbum idem valet ac ,putare'.
- II. Pro ,indiget' potestis usurpare.
- III. Quo instrumento pisces capimus.
- IV. Quod pro ,eodem modo' scribimus.


*Guilelmus Fieber Vindobonensis.*Terminus solutionum ad moderatorem mittendarum
Calendae Martiae.

Solutions aerigmatum sumptibus comparcendi
causā singulis in scholis a magistro collectae in
eodem involucre epistulae ad moderatorem mitti
possunt.

Epistolalia officialia

censoris aerigmatici.

G. Fieber, G. Lénárd, E. Markó. Veniam date,
amici, quod vestras adnotationes paulo mutato
quasi versus reddidi! (*A. Büchler.* Et tu noli
irasci, quod tuum aerigma paulo facilius redditum
est.) sed recentes scopas melius verrere scitis et
profecto ego nuperrime a moderatore «Iuentutis»
mihi amicissimo «censor aerigmaticus» gratuito
(i. e. Hungarice Germanice «taxfrei») dictus
sum. Q. B. F. F. Q. S. Otto Schmied Vindo-
bonensis.



Corrigenda numeri 4. (Dec.): pag. 52. pro : «aedifacta» lege : aedificata ; pro : «ruine» lege : ruinae ; pag. 54. pro : «vinum lagoenae» lege : vini lagoena. — pro : «prisquam» lege : priusquam. — pag. 55. pro : «doquit» lege : loquitur ; pro : «coep-
erunt» lege : coepiae sunt. — pag. 56. pro : «ex
quo» lege : ex quā ; pag. 57. pro : «notissimus» lege : notis imum.

Vocabularium latinitatis modernae mox pro-
dibit. Praenotationes ab administratore Al. Re-
gényi accipiuntur. — *St. Boross, I. Ieney, S. Chri-
stiana.* Ad vos, honoratissimi socii et collegae pri-
vatas litteras daturus sum. — *I. Kováts, O. Schusz-
ter, L. Botár, I. Helmezczi, I. Osim, Th. Bruck, A.
Büchler, E. Markó, B. Galambos, M. Ióború.* Opuscula quam primum edam. Tamen, qui non de
rebus recentissimis scripserunt, paululum ex-
spectare velint. — *D. Zentay, Dr. Philips, W. Fieber,
Dr. Flesch, Bitter-Puhr, Fr. Lenoch.* Recensio
librorum ad moderatorem missorum tempore pro-
dibit.



Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-
scholarium Catholicorum. — A Katholikus
Középiskolai Tanáregyesület költségén.
(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)